UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Leandro ep[iscop]o. Cap[itulum]. clv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

monium ſecum petiit ſepeliri. Qui dū lapidaretur: ſecuri in capite percuſſus ſpm̄ deo reddidit. Cuius corpus in iudea ſepultū: deinde romam tranſlatū in eccleſia ſancte marie maioris eſſe dicit̄: ⁊ ibidem caput eius ꝑplo demōſtrat̄. Qui paſſus eſt. vi. kalen. martij.

De ſanctis. lxxij. martyribus. Cap. cl.

SEptuaginta duo martyres ſub maximiano imperatore apd̄ ciuitatē ſyrmiū paſſi ſunt. Qui martyrij certamen in p̄fata vrbe cōſumātes regna manſura perceperunt. vi. kalen. martij: vt dicit hieronymus in martyrologio ſuo.

De ſanctis victorino ⁊ victore ⁊ ſocijs martyribus. Cap. cli.

VIctorinus: victor: nicophorus: claudian⁹: dioſcorus: ſerapiō: ⁊ papias: apd̄ egyptum ſub numeriano imperatore martyriū paſſi ſunt agēte iudice ſabino. Quorū primus in pilam vndiq̄ʒ circunforatā miſſus: ⁊ per ſingula foramina diutiſſime cultris trāſpūctus eſt. Et deinde capite truncat⁹. Sc̄ōs amputatis manibus ⁊ pedibus in eadē pilla miſſus: ⁊ ſicuti prior trāſpūctus ⁊ poſtmodū decollat⁹ eſt. Terti⁹ cum in pillā ipaʒ ſpōte fuiſſet ingreſſus: iudex indignat⁹ illū inde educi: ⁊ dudū ſuꝑ craticulā fecit aſſari. Et cum tali ſupplicio nō morerec̄: ipm̄ minutatim gladijs iuſſit concidi. Claudianus ⁊ dioſcorus flāmis incenſi fuerūt. Serapion ⁊ papias gladio ceſi: omnes celebre martyrium dedicauerūt. v. kalen. martij.

De ſancto neſtore epiſcopo ⁊ martyre. Cap. clij.

NEſtor ep̄s ⁊ martyr in ciuitate ꝑgen̄. pāphylie paſſus eſt ſub perſecutione decij. Qui cuʒ die noctuq̄ʒ orationi inſiſteret poſtulās vt grex xp̄i cuſtodirec̄: cōprehenſus eſt a quodā principe curie hyrenarcho: qui cum obtulit p̄ſidi pollioni: quem ille nomē dn̄i mira libertate ⁊ alacritate cōfitentē in equuleo leuatum: ⁊ crudeliſſime tortū: nolentē xp̄m negare: cruci cōfigi mādauit. In qua dū oraſſet emiſit ſpm̄. A fidelibuſq̄ʒ ſepult⁹ eſt. iiij. kalē. martij.

De ſancto alexandro epiſcopo ⁊ confeſſore. Cap. cliij.

ALexander ep̄s alexandrinus glorioſo ſenio venerādus extitit. Hic poſt beatū petrū alexādrinum ep̄m ⁊ martyrē ad eundē ꝓmotus ep̄atum non immediate: ſed poſt achilā: qui eidem petro immediate ſucceſſerat ſicut ⁊ ipe beat⁹ petr⁹ eiſdem duobus tunc ſuis diſcipulis predixerat ſibi dn̄o reuelatū: arriū preſbyterū ſuū heretica prauitate corruptū ⁊ diuina charitate conuictū de eccl'ia alexandrina eiecit: ⁊ poſtea inter. ccc xviij. patres in niceno cōcilio dānauit. Qui in reuerēda ſenectute annorū. xcviij. apud eandē vrbem laudabili fine quieuit. iiij. kalē. martij.

De ſanctis Iuliano ⁊ canio eius miniſtro martyribus. Cap. cliiij.

IUlian⁹ ⁊ q̄dā ei⁹ miniſter noīe cani⁹ martyres apud alexādriam paſſi ſunt. Cum em̄ xp̄ianorū perſecutio deſeuiret: ⁊ iulian⁹ ita podagra conſtrict⁹ eſſet: vt neq̄ʒ incedere neq̄ʒ ſtare poſſet cum duob⁹ miniſtris xp̄ianis eū geſtantibus in ſella iudici affertur: ex quibus miniſtris vn⁹ timore tormentorū que videbat xp̄ianis inferri: confeſtim negauit: alter ꝟo canius noīe cum iuliano dn̄o ſuo in cōfeſſione perſtitit. Quos iudex camelis impoſitos ꝑ totā iuſſit vrbem circunduci: ⁊ flagris hincinde inſpectāte populo tādiu laniari vſq̄ʒ quo finem ipſis verberib⁹ ſortirent̄. Qui paſſi ſunt. iij. kalen. martij.

De ſancto Leandro ep̄o. Cap. clv.

LEander ep̄s in hyſpania ꝓuicia hiſpalen̄. eccleſia feliciter paſtorali cura gebernauit. Hic ē ad quē beat⁹ Gregori⁹ moralium libros ſcripſit. Cuius p̄dicatione ⁊ induſtria tota gothoꝝ gēs per regē recaredū depꝛauata ab arriana prauitate cōuerſa eſt. Qui etiā frater eiuſdē recaredi hermicildū regē viuēte adhuc patre heretico ab eadē hereſi cōuerſum ad martyrij paſſionem exhortando ꝑduxit: vt ponit gregori⁹. iij. dialo. cap̄. xxx. ⁊ dicetur in paſſione herminigildi idibus aprilis. Qui ⁊ officio p̄dicationis fideliter pacto: quieuit in dn̄o. iij. kal'. martij.

De ſancto Iohāne monacho. Cap. clvi.

IOhannes monach⁹ filius eutropij magiſtri militum vrbis rome ⁊ theodore xp̄ianorū cum eſſet annorū. xij. a parente liberalibus ſtudijs traditus eſt. Cum autem pater in domo ſua abbatem monaſterij acimiten̄. hieroſolymam pergentem hoſpitio ſuſcepiſſet: iuuenis ad vitam monaſticam aīatus ab eodem regularibus diſciplinis imbuitur ꝓmiſſione ſibi facta ꝙ regrediens domum illuc diuerteret eo ꝙ ſecum ire et monachus fieri diſponeret.